

28. Sed & in Aristocracia & Democratis tantò magis opus  
tum vicarijs est vicarijs, quò minus plures, vel omnes ibi cives, penes quos est  
qui.
29. summa potestas, non possunt simul munera Reipublicæ obire. Indiget itaq; summa potestas vicarijs, quorum opera Reip. officia  
expediantur.
30. Officia illa sunt vel Ordinaria, quibus Respublica ut salva  
Bele extra sit, carere non potest; vele extra ordinem instituuntur, prout è  
ordin- Republica fuerit visum-
31. 32. Illa leges sunt definita: Hæc verò non: Hinc & tamen è lege vel  
curationes appellantur, quod curatorio tantum nomine admi-  
nistrantur.
32. Talis apud Romanos erat Dictator, qui summo Reipub-  
licæ periculo imminentे designatus reperacta cogebatur se ab-  
dicare imperio.
33. Huc pertinent item Legati, de quorum officio & privile-  
giis agendum.
34. Quibus munus legè prescriptum, illi vel Consilio, vel au-  
mti Senatus. xilio Rempublicam juvant.
35. Illos senatores, hos Magistratus appellamus.
36. Ac Senatu in primis indiget Respublica, quod hujus est,  
providere, ne quid damni Respublica capiat.
37. Uti namq; navis in medio mari noctes diesq; custodibus  
indiget; Ita quoq; civitas in mediis aliarum civitatum, velut  
fluctibus, constituta, varijs insidiis obnoxia, in eo est statu, ut ne  
capiatur, maximum sibi impendeat periculum. Idcirco & ex die  
in noctem, & ex nocte in diem sibi succedere invicem custodes  
oportet, ut perpetuae excubiae indesinenter serventur.
38. Sed & vulgus instar furientis sati est, ubi nisi senectus arte  
regat consiliorum Remp. tanquam navem, facile naufragium  
factura est.
39. Considerandum itaq;, quod Senatus officium, quæ ejus au-  
toritas &c.
40. Et quia non sufficit, bonum in promptu esse consiliū; sed idē  
& magi- etiā executioni mandandū: hinc magistratu opus est. Is